



Regula Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

XIII. Quod nullus diffinitor procaciter defendat suam sanctitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

*Quod nullus Diffinitorum procaciter defendat
sententiam suam, aut reuelet secreta
Capituli.*

CAPVT XIII.

SANE, vt omnia cum Dei timore praestentur, & ad laudem ipsius cedant patrii & honorem, strictius prohibemus. ne alii Diffinitorum procaciter tueatur suum iudicium, examinando occurrentes causas, aliter super his conferendo, praetendens suam re suam intentionem: sed si quid forte contulerit, sua dictante conscientia, vt clarior veritas elucescat. praesentia Praesidentis sententia, cum omni humilitate conferat & destitua. Et postquam suum emiserit votum, aliorum iudicio se submittat: qui si contulerit, & correctus se non emendauerit, excludatur extra Diffinitorium.

2. Nullus insuper tam ipsorum Diffinitorum quam etiam aliorum, quacunque ex causa Diffinitoribus aduocatus, ea quae tractantur in Capitulo, siue quae ibi audierit, reuelare audeat, donec fuerit Caputulum absolutum, etiam ad longum tempus si rei materia persciscerit: & hoc etiam intelligendum est de actibus intra annum celebrandis.

3. Quod si a quoquam contrafactum fuerit, quod scandalum oriatur, aut verisimiliter riri possit: quod arbitrio maioris partis Diffinitorum, si tempore Diffinitorii talis rem...

publicata fuerit, sin autem arbitrio Regiminis declaretur: siquidem Diffinitor primò sequenti anno quo fuerit habilis ad officium Diffinitorii, non possit eligi in Diffinitorem. Et præter hoc si durante Capitulo de tali reuelatione constiterit, expellatur de Diffinitorio: cum Diffinitorum tamen arbitrio, si maiori parti eorum videbitur, reuocandus. Si uerò is qui reuelauerit Diffinitor non fuerit, comedat semel in terra in Refectorio tempore Capituli, die quo statuerint Diffinitores, pro qualitate trāsgressionis, arbitrio Patrum Diffinitorum, seu Regiminis, si intra annum de tali reuelatione constiterit, puniendus.

De Officio Conseruatorum.

C A P. XIV.

CONSERVATORES hoc titulo præcipuè insigniti sunt, quod Regulam & Constitutiones Congregationis à negligentia & dissimulatione eorum vindicare debeant, quibus in maxima potestate constitutis illarū custodia & executio commissa est. Cum primum Magistratum inierint, diligenter perpèdant Diffinitorum Capituli, præcedentis, & Præsidis, ac Visitatorum anni mox præteriti acta omnia, id est Decreta pro singulis Monasteriis priuatiu edita, Fratrum promotiones ad dignitates & officia, iniunctas pœnitentias, collatas absolutiones Prælatorum, ac Fratrum facultates, seu licentias cōcessas, & quæ-